



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Approbatio. Ignatius Moncada Provincialis Societatis Jesu In Sicilia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

# APPROBATIO.

NOS S. T. ET V. I. D. D. IO. ANTONIVS GELOSVS

Cantor Metropolitanæ Ecclesiæ Felicis Urbis Panormi, Primadignitas post Pontificalem, Abbas Sancti Nicolai lo Reale, Civitatis Mazariæ, Prothonotarius Apostolicus: Illustrissimi, & Reverendissimi Domini mei D. Petri Martinez Rubio Archiepiscopi Panormitani Vicarius, & Visitator Generalis, Procommisarius Generalis Sanctissimæ Cruciatæ in hoc Sicilia Regno, & Insulis Coadiacentibus, &c.

**T**ractatum de Bulla Cruciatæ à R. P. Thoma Tamburino Soc. Jesu conscriptum, & explicationem casuum Reservatorum in hac Panormitana Diœcesi, Additionesque ad Opera ejusdem Authoris à Typographo collectas, cum Theologi quibus commisit diligenter recognoverint, & imprimi posse, probaverint, concedimus, ut typis mandentur; ac putamus, bono publico fore, si quamprimum prodeant in lucem, non solum tanti Authoris probata scientiâ, sed etiam quæstionum ac doctrinarum interpositione fidelissima. In cujus approbationis Fidem has literas manu nostrâ subscriptas dedimus. Panormi 9. Julij 1663.

*Cantor D. Ioannes Antonius Gelosus*

*Abbas S. Nicolai lo Reale V. G.*

## APPROBATIO.

IGNATIUS MONCADA PROVINCIALIS SOCIETATIS JESU IN SICILIA.

**C**VM librum, qui inscribitur *Tractatus de Bulla Cruciatæ à P. Thoma Tamburino nostræ Societatis Sacerdote compositum tres ejusdem Societatis Sacerdotes, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem ediposuisse, probaverint; facultate nobis ab admodum R. P. Ioanne Paulo Oliva Vicario Generali communicata, concedimus, ut typis mandetur; sita vis, ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has literas manu nostrâ subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Panorm. 27. Decemb. 1662.*

## APPROBATIO.

NOS ABBAS DON OCTAVIUS DE AVGVSTINO S. T. & V. I. D. PROTHONOTARIVS

*Apostolicus, in Panormitana Diœcesi Iudex Synodalis, ac Delegatus Excellentia Sua loco*

*Spectabilis D. Ioseph Dominici Fisci Patroni Tribunalis M. R. C. ad concedendam licentiam imprimendi Libros, & opera typis mandanda.*

**V**idimus, accuratè perlegimus, & recognovimus librum, cujus titulus est, (*Tractatus de Bulla Cruciatæ, Authore Admodum Reverendo P. Thoma Tamburino Siculo Caltanissetensi Societatis Jesu. Acc. sit explicatio casuum reservatorum in Panormitana Diœcesi, cum Additionibus ad Opera Ejusdem à Typographo collectis,*) & in eis nihil repetimus, quod bonis moribus, aut Fidei Catholicæ, vel Regiæ jurisdictioni obste; Quinto mira illa eruditione ac pietate referta esse censemus, multorumque profutura salutis; ac etiam summi acumen ingenii, studium, & laborem Authoris ostendunt. Idcirco, ut typis mandentur, potestatem facimus. In cujus rei testimonium has literas manu nostrâ subscriptas damus. Panormi die 1. Junij 1663.

Abbas Don Octavius de Augustino

\* 3

IV.